



*Ad Illustriss. & Reuerendiss.*


**MATTHÆVM ZANEM**  
VENETÆ ECCLESIAE  
PATRIARCHAM.

**I**OANNIS OINOTOMI in quatuor Institutionum Imperialium Iustiniani Libros, Commentaria, quæ olim, vt suspiciosa, Tuo iussu Clarissimorum Virorum à Te instituta Congregatio correxit, & expurgauit; nunc planè mutatis moribus, in sanitatem restituta, rursus ad te veniunt, acceptum beneficium agnoscunt, Tibique quamplurimas gratias agunt. Hunc ego Librum, nostris typis impressum, atque in hominum lucem emissum, felicissimo. Tuo nomini dicendum censui, vt cuius beneficio in integrum restitutus exit, eius ipsius nomine ab aliorum calumniis, si quæ fortè fuerint, & auctoritate protegatur: quæ quidem causa si non esset, multæ me tamen aliæ, magnæque rationes impellerent, vt aliquod animi grati signum, meæque erga tuam amplitudinem deuotionis extare monumentum vellem. Hoc autem interea manuscriptum, qualecunque sit, & à quocunque, ne aspernere Pater amplissime, sed libentianimo, vt te non prorsus indignum excipere Librum enim, qui de Legibus agat, nemini deferre potius debebam, quàm illi, qui Leges omnes, diuinas præsertim obseruari non modò verbis, & auctoritate, sed multo prius factis, & exemplo, totiùsque vitæ sanctitate, iubet. At ego fortasse nimium



Loax videar, qui Patriarcham Venetum, altissimis curi regen-  
dorum populorum occupatum, his inanibus meis litteris inter-  
pellem, & obtundam. essem equidem audacissimus apud alios  
homines, si cum illis ita agerem. apud Te verò nemo potest au-  
dax esse, qui Clementia ceteros mortales omnes eniteris, con-  
tate, & patientia superare. Vale.

Ex ædibus nostris, vj. Idus Iunij, Anno 1609.



**G**LI Ecc.<sup>mi</sup> Sig.<sup>ni</sup> Capi dell' Ill.<sup>mo</sup> Conf.<sup>o</sup> di X. infra scritti, hanuta fede dalli  
Sig.<sup>ni</sup> Reformatori del Studio di Padoua, per relation delli tre à ciò deputati,  
cioè del R.<sup>mo</sup> Padre Inquisitor, del Circ. Secret.<sup>o</sup> del Senato Zuanne Maranegia, &  
del R.<sup>mo</sup> Padre Ruberto Cusano Lettor publico, che nel Libro già stampato in Lion  
di Francia di Gio. Oinotomo sopra la Instituta, & dopoi corretto de ordine del  
Santo Officio, non si troua cosa contra le leggi, & è degno di stampa, concedono li-  
centia che possi esser stampato.

Datum die 10. Septemb. 1602.

D. Zuanne Guffoni. }  
D. Anzolo Bragadin. } Capi dell' Ill.<sup>mo</sup> Conf.<sup>o</sup> di X.  
D. Piero Barbarigo. }

Ill.<sup>mi</sup> Conf. X. Secr.

Leonardus Otthobonus.



TABVLA RVBRICARVM  
QVOTQVOT ILLARVM IN  
HISCE COMMENTARIIS  
CONTINENTVR.

Et denotat prior numerus Lib. Institutionum: Secundus Rubr.  
& Tertius Paginam.

A

3	<i>Acquisitione per arrogationem</i>	11	906
4	<i>Actionibus</i>	6	1236
2	<i>Ademptione, &amp; translatione legatorum</i>	21	732
1	<i>Adoptionibus</i>	11	170
1	<i>Atiliano tutore, &amp;c.</i>	20	221
1	<i>Auctoritate tutorum</i>	21	229
3	<i>Assignmente libertorum</i>	9	888

B

3	<i>Bonorum possessionibus</i>	10	891
---	-------------------------------	----	-----

C

2	<i>Capitis diminutione</i>	16	212
2	<i>Codicillis</i>	25	760
1	<i>Curatoribus</i>	23	253

D

3	<i>Diuisione stipulationum</i>	19	1004
2	<i>Donationibus</i>	7	481
3	<i>Duobus reis stipulandi, &amp;c.</i>	17	997

E

3	<i>Emptione &amp; venditione</i>	24	104
---	----------------------------------	----	-----



IOHAN. SCHNEIDEWINI  
 IC<sup>TI</sup> CLARISSIMI IN III. :  
 LIBROS INSTITVTIONVM  
 IVRIS CIVILIS  
 Commentarius.

IN PRÆFATIONEM  
 S V M M A R I V M.

- 1. Prefationum usus.
- 2. Docentium iura ratio diffinit.
- 3. Institutiones quo consilio Imperator fieri curauit.
- 4. Institutiones quomodo cum fructu impetranda.

- 5. Institutionum autor & compositores qui fuerint.
- 6. Intra citatis libri quo ordine sunt editi.
- 7. Summa librorum Institutionum.
- 8. Institutiones unde dicte.

**I**URECONSULTVS in l. 1 ff. de origi. iur. inquit quod præfationes libentius nos ad lectionem materiae proponere perducant, & cum eò venerimus, euidentiore eius intellectum præstent. Ne igitur & nos illotis quasi manibus libros Institutionum aggrediamur: paucis de ratione, ac ordine, quem in declarandis Institutionibus obseruare, & sequi volumus, quædam libere nitimur. 2. Scio enim in docendo non virtutem rationem à professoribus iuris obseruari. Quidam enim & glossas Accursij, Bartol. & aliorum commentaria ad eò nihil faciunt, ut hæc ne attingant quidem. Plerique verò contra ita in DD. commentariis immutantur, ut ne verbum quidem, quod in illis, tantumuis alienum à proposito, reperiant, eò que prætermittere possint. Quæ ratio ad præfationes magis obesse, quam proposita videretur. 3. Cum enim institutiones idem ab Imperatore composita sint, ut ex illis prima elementa iuris percipiantur, ingenia principiorum varietate, & magnitudine rerum non deterrenda, sed potius leui & ac simplici via ad amplissimum hoc studium iuris excitanda

sunt: & à facilioribus inchoandam, & gradatim ad rerum cognitionem procedendum est. 4. Nos igitur media via, quæ plerunque tutissima esse solet, incedere volumus ita ut nec explicaciones glossarum, & aliorum commentaria abiciamus, neque etiam illa ultra quam satis est inhecreamus, sed ex textibus, glossis, & DD. commentariis præcipuas, & magis quotidianas doctrinas, & certas conclusiones colligamus, & sic ea, quæ in hoc libro tractantur, per questiones earumque decisiones, & regula, quæ per summam, certa methode & bono ordine tradimus Implorato itaque Numinis diuini auxilio, primo quaeritur,

- a. Glossæ Accursij auctoritatem magnam esse, & alias omnes antecedere notat *Ballus in l. Non illa, Cod. De pof. l. 2. in l. Cod. De religio. ob. l. Mortuorum Cod. De contrah. ff. de Diet. tamen de iur. l. 2. ff. de pof. Cod. Quæ ius ex causa matris. glossam nihil allegante, nihil probare. Idem tenet *Roborus de Pado in l. 4. ff. Quæ et legitimus sine lege loqui. l. Item l. ad collect. Vide etiam apud *Lucrar. tam in l. p. in l. in contraria, & apud *Puram Ramoniam in verba glossæ. Cuius.****
- b. Et glossæ, quæ non inicitè quidam idolum aduocatorum appellat. *Guicard.*
- c. *l. Ho. igitur. 2. infra de inst. & iur. ff. instob. l. 1.*
- d. *l. in. l. 2. q. 2. quibus ex caus. man. ff. de iur. l. 1. de d. d. d.*

IOHAN. SCHNEIDEWINI  
IVRISC. CLAR. IN INSTITVTIONVM  
IMPERIALIVM LIBRVM I.

COMMENTARIVS.

DE IVSTITIA ET IVRE.

TITVLVS I.

- 1 *Iustitia quid sit.*
- 2 *Iustitia quotuplex.*
- 3 *De qua iustitia hic agatur.*
- 4 *Iustitia distributiva circa quid versetur.*
- 5 *Iustitia commutativa.*
- 6 *Iustitia quare dicatur constans & perpetua voluntas.*
- 7 *Iustitia cui cuius suum tribuit.*
- 8 *Ius quid sit.*
- 9 *Iurisprudentia quid sit.*

**C**ONCORDATI cum hac Rubric. tit. ff. de iust. & iur. Imperator enim expositurus iura, præmittit de iustitia, à qua tanquam à matre sua nomen iuris descendit. *l. x. in prin. ff. de i. d.* <sup>b</sup> Et diuiditur hic tit. in quinque partes. In prima ponit Imperator definitionem iustitiæ: In secunda iurisprudentiæ: In tertia declarat, quo ordine & ratione leges sint discendæ: In quarta describit præcepta iuris: In quinta diuidit ius.

<sup>a</sup> Hoc etymon non à Grammaticis petiitum est, sed à Philosophis. *Cont. lib. 2. sect. cap. 6. Broderod.*

<sup>b</sup> Iustitia est causa ad æquum iuris Romani. *ut dicitur ad titul. ff. de i. d. & in Occasionibus. ff. de i. d.*

*Quid est Iustitia?*

Est constans & perpetua voluntas ius suum cuique tribuens, *ut hic. & l. iustitia 10. ff. eod. & non agitur hic de iustitia à diuina, sed de externa quadam, & civili seu politica iustitia, quæ tantum pertinet ad formandos in hac vita politicos mores, & exigit exteriorem quandam honestatem, ut in tuto sit Reipub. tranquillitas.*

<sup>2</sup> Hanc iustitiam philosophi duplicem esse tradunt: vnam quæ omnes virtutes complectitur, & vniuersalis dicitur: alteram quæ vna

virtutum est. <sup>3</sup> De vniuersali iustitia hic non loquimur: sed de particulari, quæ est contraria iniuriæ, & quæ in distributivam <sup>b</sup> & commutativam diuiditur. <sup>4</sup> Prior pertinet ad præmia, & pœnas distribuendas, pro ratione ac varietate meritorum. <sup>5</sup> Posterior versatur circa contractus, & æqualium rerum permutationes: hanc particularem iustitiam definit hic Imperator. <sup>6</sup> Et rectè de ea dicitur, quod sit constans & perpetua voluntas. Quoniam enim casus & negotia variant in tanta rerum diuersitate: tamen mens habet certas <sup>d</sup> notitias, naturaliter insitas omnium hominum animis, ex quibus iudicat etiam pro diuersitate circumstantiarum quid sit iustum; & illæ notitiæ sunt perpetuæ & immutabiles, & quando hæc voluntas obtemperat, tunc rectè agit. Vnde illud: Ratio semper hortatur ad optima. Et licet quis à iustitiæ formula declinet, ut alterum lædat, nihilominus tamen iustitia sui similis, & immutata manet. <sup>7</sup> Quod autem in definitione dicitur, ius suum cuique tribuens, hoc est proprium iustitiæ: sicut propugnare iusta est proprium fortitudinis. Et sicut duplex est hæc iustitia particularis: ita hic duplex intelligatur ratio, cuique tribuendi ius suum, nempe in distributionibus pœnarum, & præmiorum pro meritis, & in commutationibus rerum, ne cui fiat iniuriæ.

<sup>a</sup> Seu spiritali, de qua Euangelium concionatur. *ff. de i. d.*

<sup>b</sup> Distribuit res bonæ que publica analogia Geometrica. *ff. de i. d.*

<sup>c</sup> Commutat res & bona priuata, proportionem Arithmetica. *ff. de i. d.*

<sup>d</sup> Et generales qualis ea est, Natura æquam esse, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorum. *l. 1. & ff. de concili. indebiti, & alia complures.* Aliud est in singularibus notitiis. Hæc enim prudentia eorum tanquam est qui in hac arte aut à natura ita insitit, aut deficiente natura, studio ac labore. *Geometr.*

Quid est ius?

Est ars & qui & boni secund. IC. in l. 1. ff. de iud. id est, collectio preceptorum seu istarum noticiarum & qui & boni, quæ docent quid iustum, quid iniustum, quid æquum, quid iniustum sit.

a Ars enim est systema propositionum certarum vsu percept. cum ad finem v. ta vitem. Luciano. vide dialoq. lib. 1. in prædicam. qualis. V. f. sub.

Quid est Iurisprudencia?

Est : diuinarum atque humanarum rerum notitia, iusti atque iniusti scientia, vel scientia iuris scripti, id est, cognitio illarum noticiarum & preceptorum, quæ docent quid bonum, æquum, & iustum sit: & dicitur diuinarum rerum notitia, non quatenus perinde vt Euangelium notitiam diuinam tribuit: sed quia istæ notitiæ nobiscum nata, vere sunt res diuinae: item quia de rebus sacris, religiosis & sanctis, quo ad externam disciplinam, tractat, quæ res dicuntur esse iuris diuini, l. 1. ff. de ver. iudi.

a Quod Vlpian. ius vocat in l. 1. ff. de iud. idem appellat Iurisprudenciam in l. 1. ff. de iur. iur. & hic Imperator. & subiectum vtroque significat ius Romanum, vt dicitur in l. 1. ff. de iur. iur. dicitur tamen tantum Iurisprudencia ipsam ius, quantum ars, quæ per se subicit, à scientia artis, quæ sola & à se subicitere nequit: quare recte ab Vlpian. Iuris, & Iurisprudencia diuersa definitio tradita est. Broderod.

b Hoc vult Diuinarum rerum cognitionem perfectiorem & apertius tradi in Euangelio quam in constitutionibus Imperatoris aut iure hominibus constituto ac scripto: & multo etiam magis quam in iudis nature nostre notitiis. Gosh.

§. Hic igitur.

- 1 A facilioribus studia incipienda.
- 2 An dominum cuncti per viam in solitam, si spoliatur, tenentur ad damnatum restituendum.

Posita definitione Iurisprudenciae Imperator nunc tradit, quo ordine ad eam consequendam sit procedendum, & discendi modum præscribit his, qui legitime scientiæ cognitionem adipisci affectant: nempe, vt à principis & elementis discendi rationem inuant, & se non mox ab initio, vasto illi iuris Oceano temere committant. Habent enim quælibet artes sua in quadam infantiam, quod Imp. in §. in prædicam. Digest. consi. omnem in præ. expressit, cum inquit, Institutiones in omnibus studiis primum locum sibi vendicare. Et ideo in §. nos vero 2. subicit, in primo anno discipuli hæcæ hauriant Institutiones.

1 ¶ A facilioribus enim & summus est incipiendum, vt ad maiora perueniamus. Nemo enim repente fit summus, vt inquit text. in charitatis 1. q. 5. hæc qua de charitate.

de pæni. distinct. 2. caus. 33. q. 3. & ea docenda sunt, quæ auditorum ingenis conueniunt, & operantur. 2. cau. 8. quæst. 1. Ne igitur studiosi initio multitudinis & varietate rerum onerentur, & hoc studio deterreantur: leui ac simplici in prima elementa iuris tradi iubet Imperator hic. Ex quo colligit gl. hic in verb. manturians, pro uerbum: Qui vadit planè, vadit sine.

2 ¶ Quam gl. Ang. hic notat ad hoc, quod dominus promittens tenere viam securam, non tenetur, si aliquis vadat per viam insolitam & ibi spoliatur. alius enim recipiens vadit debet tenere iura securam, & si transeunt deprendantur, tenetur ad resarciendum damnum. de quo videre Bart. in l. 1. ff. de her. qui dicitur. Et Bald. in §. conuenticula. de par. tenenda cum subdit. in vlt. feud. & de iure Saxo. art. 27. lib. 2. vbi dicitur: Vponen geleyt zibi. den soll er vor schaden be wahren oder ihm dem schaden zelten.

a Sic Lactantius scripsit institutionum Diuinarum libros septem. Gosh.

b Contra excusatur à dolo & à culpa qui id fecit, quod consuetum est fieri. si pignori & ibi gl. & Bart. ff. de pignorat. act. l. pignus. & ibi Bart. Bald. Angel. Cast. Salic. Cod. eod. v. Euehardum loco ab usitatu suo saltem. Gosh.

c Hoc non æque seruatur, sicut ferri debebat, nisi quando peculiariter soluitur pecunia domino, Gosh. in sp. Geleg. vt mundicorum initio & exitus conuenientes vel inde discedentes facere solent. V. f. sub.

§. Iuris præcepta.

- 1 Tria præcepta iuris civilis.
- 2 Primum præceptum ad quos spectet.
- 3 Secundum ad quos pertineat.
- 4 Offensio sui ipsius prohibita.
- 5 Fideiussores non possunt se obligare ad poenam corporalem in causis criminalibus.
- 6 Mortem sibi consciscens, qualiter & quando puniatur & non.
- 7 Tertium præceptum quid cernat.

Quæ sunt præcepta iuris?

1 ¶ Tria sunt generalissima præcepta iuris. Honestè viuere, alterum non ledere, ius suum cuique tribuere, vt hic & l. instituta 10. §. 1. ff. de iur. Ex his enim iuris doctrinis tanquam ex fontibus omnes leges deducuntur. Nulla enim est lex, nulla præterea ratio legis, quæ non ad vnum ex his præceptis reduci possit.

2 ¶ Primum enim præceptum, Honestas scilicet vitæ, etiam alia quoque comprehendit, tamen videtur ad vnicuique personam proprie pertinere, vt omnes nostre cogitationes, sermones, & actiones ita instuantur, quemadmodum recta ratio suadet: ne quid contra honestatem inconsulte, negligenter aut temere cogitemus, dicamus, vel agamus: sed in omnibus vitæ actionibus non solum id, quod licet, sed id

deamur. Atque ideo fateor, me contra genium in quibusdam fuisse prolixiorē, quā primæ institutioni convenire intelligebam. Sed quoniam alieno operi danda fuit consimili filo hæc opera, candidi lectores hanc in meliorem partem interpretabuntur. Cæterorum, hoc est, mundi immani iudicia, sicut iniqua vel infesta potius sentio, sic cur magnopere morer aut reformidem, causam non habeo. Si Deus pro nobis quis contra nos? Cui verò, soli, iusto, misericordi domino. & patri, in hac temporum atrocitate, & Ecclesiæ calamitate propè dicam catholica, me meamque iacentem & afflictam familiam, cum ærumnosissimo in terris, sed felicissimo in cælis electorum cœtu, quibus possum preculis commendo. Per script. VVitebergæ 1572. anno, sub æstivis autumn. horis. Nec enim aliter in tantis occupationibus potui: quo tempore ad summos nostros dolores ex communibus Ecclesiæ, & domesticis etiam nunc miseris ductos, occurrebant nunciij tristissima-

rum rerum, quibus credo cunctos toto terrarum orbe pro mirificè consternatos esse. Me certe sic perculerunt, & adhuc exercent, nihil ut unquam acciderit, (licet acciderint immania) quod gravius concuteret, vel pertinacius adhaereret. Quanquam autem Herodianis artibus nunquam opprimeretur Ecclesiæ, sed herbescens huius soboles ab ipso duceret opes animūque serios: tamen abesse non potest, quin immortaliter hæc quidem in vita lugeam, tantam eam quæ præclaram Evangelij spem, cum iugulis tam multorum innocentium, præcisam, & in sanguine tot militum Christi, quasi demersam ac suffocatum esse: Vt si hæc alieno animo, minutæque elaborate scripta videbuntur, ignoscere iustæ communiq; debeat perturbationi: in qua consentaneum est herere plures, cuiusque magis necessarius ac salutaribus uniuersos occupari, quotquot dolent super contritione Ioseph, & communem Ecclesiæ vicem esse suam arbitrantur.

## INSTITUTIONVM IMPERIALIVM

### Libri quarti Finis.



INDEX



I N D E X

COPIOSISSIMVS  
OMNIVM PRÆCIPVARVM  
MATERIARVM IN HIS

commentariis contentarum.

ET DESIGNAT NUMERVS PRIMVS PAGINAM:

*Secundus summarij. Litera præterea a, b, c, & si qua alia  
præter eas occurrant, nouas singulis questionibus  
subnexas obseruationes.*

A



Quo remouetur nomen, ab eo remouetur vis & effectus nominis 194.7.b  
Abiens ad nundinas nemine domi relicto quamdiu istius domus civilem possessionem re-

tinere videatur 2017.68  
Abiacti ab iuribus resoluuntur in conditionem 1310.17.d  
Abnepos aut etiam vlterior descendens, succedit cum superstitite filio defuncti in heredem 786.17  
Abortiuus habetur pro non nato, ideoque testamentum non rumpit 601.5. Fallit. *ibid.* 6  
Abortum procurans quomodo punitur 602.7  
Abreptio pertinet ad res mobiles 1113.2.b  
Absens causa Reipub. quando non restituatur. 1333.37. ex causa necessaria quis dicatur 1337.56. in præscriptionibus quis dicatur. 458. b. in quibus casibus civilem quoque possessionem amittat. 2061.175. propter delictum non restituitur. 1332.35. puniri & damnari non debet. 588.13. quando domi procuratorem non relinquit, est citandus per publicum proclamam, vel à præsentem fieri debet denunciatio præfili, quæ præscriptionem interrumpt 1331.30. quando domi reliquit procuratorem, præfilius contra eum agere potest. 1331.28. Reipubl. causa, reuersus quam diu uocationem à tutela habeat. 276.5. Reipubl. causa, tamdiu pro absente habetur, donec comode redire potest. 1333.38. reuersus ante completam uicupationem à præsentem, an possit petere restitutionem in integrum 1334.44

Absentem an præfens expectare cogatur. 1331.33  
Absentes qui dicantur. 1311.25. quot & quibus casibus vocandi in alienatione rei ecclesiastica 318 f  
Abienti & ignoranti legari potest. 585. 10. quando contra præsentem rescissoria competat 1332.34  
Absentia circa maritum quatuorplex. 157.39. necessaria seu probabilis quæ sit. 157.40. Reipub. causa excuset à tutela. 275.1. § item 13. Reipub. causa nemini debet esse damnosa 1335.45  
Absentiarum quinque sunt genera 157.38  
Absentibus ad redeundum xx. milliaria præfixa sunt pro qualibet die 1333.39  
Accepta à patre doctoratus adipiscendi causa num filius patre mortuo consecrari tenetur. 1564.15.3  
Acceptilatio differt à solutione. 1107.2. fit verbis. 1109.2. generalis, seu liberatio, aut quietatio, ad quid in dubio referatur. 1109.24. qualiter fiat. 1107.6. quid sit. 1107.3. quibus verbis fiat, nihil refert. *ibid.* 6. species est donationis. 1001.1.b. vnde dicta sit 1107.4  
Acceptilatione tollitur obligatio. Et quod vera solutio operatur, hoc idem operatur & acceptilatio 1107.1  
Acceptilatione tollitur solum uerborum obligatio, non autem ceteræ 1108.8. cum seq.  
Acceptilationis effectus qui sunt 1108.7  
Accessio fit bona & mala fides, & quid utroque casu sit iuris. 348.3. quid sit. *ibid.* 1  
Accessione acquiritur dominium *ibid.* 1  
Accessus ad mare an cuiuslibet licitus sit 306.3  
Accusare qui possunt vel non 2119.6